



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii**

**Aufréri, Étienne**

**Leodii, 1702**

12. Fallentia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

*imago. 33. q. 5. refert Mantua sing. 524. Maranta in specul. distinct. 11. iudicium aliud capitale, aliud non capitale. n. 8. Minsing. obs. 46. centu. 2.*

*Illud oblectamenti gratia addo, quod Couvaru. d. loco. & Tiraquel. in l. 13. connubiali. n. 11. referunt apud Cumæos mulierem in adulterio deprehensam in forum deduci: & saxo impositam omnibus spectandam proponi, inde in asino collocatam, & per totam civitatem circumductam in eundem locum restitui. Ex illo infamia notatam appellant propterea quod asinum equitaverit. Idem refert Tiraquellus de Pisidijs d. l. & diversissimas adulteriorum pœnas. de quibus etiam Menochius casu arbitr. 419 latissimè. Matthæus Boyss Doctor.*

### 12. Fallentia.

*Duodecimo fallit in crimine, quod committitur in literis Apostolicis, nam de talibus si Laici fuerint, poterit iudex secularis pœnam civilem imponere arg. ff. & C. de fal. & quod not. 19. dist. cap. in memoriam. Ita tenet Sicut. in alle. cap. cum sit generale.*

### 13. Fallentia.

*Decimotertio fallit in sortilegis & divinatoribus, quos etiam iudex secularis punire potest secundum Sicut. in præalleg. cap. cum sit generale. & in cap. 1. de sortilegis, dicens quod licet sit crimen Ecclesiasticum non tamen merè, & ideo est locus præventioni inter eos, nam utroque jure hoc crimen est damnatum & acerrimè punitur per jus civile, ut C. de malef. & Mathe. per totum.*

ADDE